



**Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

XXIII. De Præsumptionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](#)

testes instrumento inscripti mortui *cito.* &  
sint: quamvis communius receptum *15. Gl. ac-*  
fit duos sufficere fide dignos & omni *Dd. h. t.*  
exceptione majores. II. Si ab uno eo- *c. impu-*  
demq; contraria instrumenta fuerint *tari 13.*  
producta, quod ea producenti impu- *b. t. d. c.*  
tandum. Quod si à diversis diversa pro *13. & ibi*  
ducantur instrumenta, æstimabit ju- *D. d.*  
dex, cui standum putet. III. Si rasuram  
habeat instrumentum alicujus voca- *c. 6. vers.*  
buli, vel syllabæ, quæ rei mutet sub- *instru-*  
stantiam. Secùs, si sensum instrumenti *mentum*  
rasura non mutet. IV. Si probetur con- *b. t. c. 3.*  
fectum ab alio Notario, quām qui in- *eod. di-*  
strumento subscriptis. *vers.*  
*instrum.*

### De Præsumptionibus.

#### TIT. XXIII.

Continent & probationem aliquam in-  
dicia & argumenta, fidemq; faciunt  
modò plenam, modò semiplenam,  
& interdum alias præsumptiones  
adjuvant.

*Quid est Præmissio?*

**E**s conjectura probabilis, ex certo  
aliquo signo proveniens, ad ad-  
struendam rei dubiæ fidem. Vel, est  
antic-

anticipata de re dubia opinio, ex argumentis, indiciis & conjecturis, per trias rerum circumstantias plerumque evenientibus sumpta.

*Menoch.  
de præf.*

*lib. I. quæ.  
7. nu. 4.*

*Quotuplex est?*

I. *Praesumptio alia est hominis legis.* *Praesumptio hominis est conjectura, quam facit homo, ex factis quietibus & circumstantiis aliquid conjectiendo, & adsumendo pro vero, sive nec aliud demonstretur ac doceatur.* *Praesumptio legis est, quando ipsa legis aliquid coniicit & pro vero adsumit donec contrarium probetur.*

II. *Rursus, praesumptio legis videlicet necessaria; vel probabilis.* *Necessaria (quæ & violenta, & vehementia & violentissima subinde dicitur) est, quando signis certis & necessariis oritur. Vela dispositio legis aliquid praesumentis & super praesumpto tanquam sibi comperto statuens.* *Hanc vocant praesumptionem iuris & de iure.* *Unde quod semel declaratus est peierasse, eum presumit canon seu lex semper in postrem peieraturum, idque praesumptione iuris & de iure quæ probationem in contrarium non admittit.* *Praesumptio proba-*

probabilis est, quæ ex signis probabili-  
bus colligitur: eiique propriè præsump-  
tionis vocabulum competit & dicitur  
præsumptio juris, qua scil. jus in dubio  
aliquid præsumit, sed tamen non sta-  
tuit in illo jus, id est non habet hoc  
pro jure & indubitate. Sic qui ignorat  
res alterius, præsumptione juris juva-  
tur, nisi proberetur scire. Sic pro eo, qui  
probavit intentionem suam per testes  
& instrumenta, stat juris præsumptio,  
quam sequetur Judex, nisi contrarium  
proberetur.

c. 47. de  
R. I. in 6.

## De Jurejurando

### TIT. XXIV.

**E**st denique modus probandi, qui sive  
per delationem aut relationem juris-  
jurandi, sive ex pactione ipsorum  
litigatorum, sive auctoritate judicis  
deferatur; maximumque remedium  
expediendarum litium est jurisju-  
randi religio.

l. i. D. d.  
jurejur.

*Quid est jurisjurandum?*

**E**st invocatio divini Numinis in te-  
stimonium, sive promittendo ali-  
quid